



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 68. Dorum virorum Apostolicorum inauguratio, ac dicesus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

§. LXVIII.

Sæcul. XVI.

A.C. 1555.

*Duorum virorum Apostolicorum in-  
auguratio, ac discessus.*

Ergo hi Patres discedunt, atque ad Joannem Nunnium, qui Patriarcha *Orland. l. 15.* erat nominatus, Ulyssiponem in Lusita-*n. 103. & 121.* niam contendunt, ubi is, ac ceteri duo Episcopi Oviedus, & Carnerius, a Portalegrensi Antistite, duobusque aliis Hippomensi, & Insulæ S. Thomæ Præfulibus die quinta Maji, & quidem Nunnus Patriarcha totius Æthiopiæ, Oviedus Nicææ, & Carnerius Hierapolis Episcopi consecrantur. Posthæc consensa navi ad Indos contendere meditantur, cum autem ab illis, quos Patriarcha in Æthiopiam præmiserat, nuntiatum esset, quod Imperator Claudius cognomento Afnaseghez nullo pacto fidem Catholicam recipere, nec sumnum Pontificem revereri vellet, sed ab hæreticis Abyssinis, qui Eutychetis, & Dioscori errores sequebantur, delusus persisteret, ideo haud consultum censebatur, ut ipse Nunnus eo se conferret, quo circa duntaxat Andreas Oviedus unacum aliis Jesuitis illuc mittebatur, qui tamen hujus Principis animum flectere haud poterant: postea tamen Anno Christi millesimo quingentesimo quinquagesimo nono in quodam prælio contra Mahometa-

**Sæc. XVI.** metanos hostes suos inito occubuit.  
**A.C. 1555.** Verum nec minus suis erroribus pertinaciter infistebat Adamus ejus successor, qui omnium immanissime Christianos divexabat.

## §. LXIX.

*Papæ consilium de Patre Laynesio in Cardinalem nominando.*

**Ribad. l. II.** Ceterum magis adhuc anxium redderbat Ignatii animum timor, ne **n. 11.** **Orland. l. 15.** trem Laynesium e Societate sua dimitteretur cogeretur, cum Paulus IV. Papa **n. 7. & 8.** **Ciac. tom. 3.** illum purpura donare statuisset; jam enim sub primis Pontificatus sui auspiciis fixum, firmumque in animo habebat, **p. 820.** imo hoc suum propositum coram pleno Purpuratorum Senatu declarabat, ac cum ipsomet Societatis Generali hac super re collocutus tam vehementibus utebatur verbis, ut hic Pater brevi rubro galero ornandus crederetur. Attamen Laynesius comperta Pontificis voluntate non parum afflictabatur, Deumque exorare non desistebat, ut ab ejus humeris ejusmodi honorum onera averteret, nec ipsum a suscepta humilitatis via, ac vitae, quam in Societate profensus esset, paupertate avelli pateretur. Nihilominus summus Pontifex Lainesium, ut is, priusquam Cardinalis nominaretur, sensim Curiæ Romanæ confitundini-

